

II n
5123

ii



O D E
IN
U N I O N E M
ANGLIÆ ET SCOTIÆ,
PUBLICE
DECANTATA.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SALE)

Hic debet excusari nigrarius.
Hoc debet excusari nigrarius.
Hic debet excusari nigrarius.
Hic debet excusari nigrarius.

au. 24.1





*Fama, pennas indue præpetes,
Magnumque pernix æthera divide,
I, dic Eoi Vesperoque: (tur.
Scotia & Anglia jam uniu-*

*Lætus sub undis hinc Thamasis Pater
Fluctus ovantes jactat ad æthera,
Sedesque cælestes inundat,
Lætitia resonatque littus.*

*At dira Erynnis, Livor & anxius
Rebus secundis, Iraque dissona,
Terras perosæ nunc quietas,
Tartareas repetunt cavernas*

*Clamore tristi, reddita quod quies,
Atque alma pax sit mellifluo solo,
Hoc pectus exurit, medullas
Hic dolor excruciat nigrantes.*

*Tu, Terror ingens, Fulmen & hostium,
Tu, gentium Spes, ANNA BRITANNICA,
Tu, Sol, caloris vi resolis
Martia pectora subditorum,*

*Ut nunc in unum corpus & unicam
Gentem refundas, nempe BRITANNICAM:
Tu nunc polum torques, ut unum,
Fæmineis humeris utrumque.*

*O fœdus auro ac ære perennius!
O fœdus alium, sidera quod stupent,
Æternitas quod fert ad astra,
Flammiferaque domo reponit!*

*Quæ moliantur nomina Principum
Multorum iniquo fœdera sidere,
Te, Te, Britannorum beatum
Jam Caput, ic̄ta videre fas est.*

*Miretur ætas funera Gallie,
Camposque stratos ossibus hostium,
Victorias ANNÆ, tropæa &
Innumeros stupeat triumphos:*

HT n 5123

x 304 7920

vd18

Te, Te, stupemis, Magna Britannia,
Quam filiam das, ANNA BRITANNICA,
Partu secundo, quod salutes
Herculeum, haud muliebri germen.

Ortu senescunt Lilia sideris,
Mittuntque terras altivolans caput,
Hunc pollicem prolis verentur
Terrifici magis ense Martis.


I, scande Olympum, SEMIDEUM GENUS,
Currusque Phœbi, DIVA, celerrimos
Post Te relinquis, o VIRAGO,
Sidera sub pedibusque calces.

Nec sperne flores, flaccida munera,
Quæ DIVÆ eunti tecta per aurea
Spargit, rosæ cum desint, revulsos
Ex philyra Philyrea Mater.

LIPSIÆ,

Literis IMMANUELIS TITII.

mc



O D E
IN
I O N E M
Æ ET SCOTIÆ,
PUBLICE
DECANTATA.



Hic dolor excrucians nigra...
Haec pedus erunt, mactilla...
Adipic duna par sit mactilla...
Clamore tristi, reditua quod...
Tartarus repel...
Tartarus...

au. 341

